



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Nomenclator Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalivm Qvi  
Ab Anno Christi Millesimo quippiam commentati sunt, Sev  
Ab Eo Tempore quo Pontificis electione ad eos tantùm ob  
Romani cleri multitudinem ...**

**La Roche posay, Henri-Louis Chasteigner de  
Tolosae, 1614**

Ab Innocentio III. Creati.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10735**

mūm Præfulatus curę confederant, aliquid semper quod ingenium saperet, edidit: scripsitque

Epistolas Decretales, aliasque plures quas habes apud annales Steronis, & additamentum Mathēi Parisii.

Epistolas etiam plures vno libro colligauit.

Regestique eius volumina duo in Biblioth. Vatic. seruantur. Obiit an. 1261. eo præsertim nomine clarus quod Albertum magnum. Ecclesiæ Ratisponensi præfecerit.

OTHO CANDIDVS de Alerano ex Marchionibus Montisferrati Cardinalis Gregorii 9. per Angliam & Scottiā Legatus, cum in fidelis scientia excelleret, scripsit

De Astrologia, ut refert Cortesius. Obiit Lugduni anno 1251. Ibidem in Ecclesia Prædicatorū sepultus.

IACOBVS DE VITRIACO ex Argétolio vico Diæcœf. Parisiensis, Cardinalis, Româ emissus Crucem in Albigenses hæreticos Ecclesiâ extrusos Apostolicæ sedis Legatus prædicauit, officiūq; in Legatione præstítit, scripsit

Historiā Orientalē, cum esset Episcopus Achonensis.

In 4. Euangeliā.

Contra Sarracenos.

Sermones in Epistolas, & Euangeliā totius anni, ante annum 1575. nunquam editos.

De sanctis mulieribus Leodiensibus.

Vitam S. Mariæ de Oignies lib. 2.

Epistolasque ad diuersos. Obiit anno 1240. Sepultus in Ecclesia S. Mariæ d'Oignies.

---

AB INNOCENTIO III. CREATI.

OTHO DE CASTRORODVLPHI, Bituricensis diaœcœsis Gallus, Cardinalis, & Episcopus Tusculanus, scripsit

D ii.

Homiliae de Tempore & de Sanctis, quæ Cremonæ  
in Monasterio Augustinianorum visuntur, To-  
mis 2. distinctas. Obiit Vrbe veteri an. 1273. Ibi-  
demque apud Prædicatores sepultus est.

**HUGO DE S A N C T O C H A R O** vel de S. Theodo-  
rico Viennensis diœc. Gallus, primus Bibliorum postilla-  
tor, primusque ex ordine Prædicatorum ad Cardinala-  
tum assumptus, cuius eruditionem omnis ætas reuerebi-  
tur, scripsit instar Concordiarum,

In Genesim.

In Exodum.

In Leuiticum.

In Numeros.

In Deuteronomium.

In Iosue.

In Iudicium.

In librum Ruth.

In Regum lib. 4.

In Paralipomenon lib. 4.

In Esdram & Nehemiah lib. 3.

In Tobian.

In Judith.

In Hester.

In Iob.

In Psalterium.

In Proverbia.

In Ecclesiasten.

In Cantica Canticorum.

In lib. Sapientiae

In Ecclesiasticum.

In Isayam Prophetam.

In Ieremiam lib. 3.

In Baruch.

- In Ezechielem.  
In Danielem.  
In xii. Prophetas minores lib. 12.  
In lib. Machabeorum lib. 2.  
In Euangelium Mathæi.  
In Euangelium Lucæ.  
In Euangelium Ioannis.  
In Epistolas Pauli Apostoli lib. 14.  
In actus Apostolorum.  
In Epistolas canonicas.  
In Apocalypsin Ioannis.  
Summam de Casibus.  
Speculum Sacerdotum.  
In 4. lib. Sententiarum.  
**Compendium Theologiæ veritatis lib. 7.**  
Lugduni apud Prædicatores hoc habuit  
Epitaphium.

Hiciacet Dominus Hugo de Sancto Theodorico, ordinis fratrum Prædicatorum, huius Conuentus Sacrae Theologiæ Doctor, & Prædictor egregius; quondam Cardinalis Sabiniensis, qui obiit anno Domini 1260. 14. kal. Aprilis.

OCTAVIANVS VBALDINVS Florentinus Cardinalis, perucicax Gibellinorum fautor, leuissimi & ieconi argumenti librum, casso labore, in chartas effudit, ut refert Cortesius,

De laudibus Gibellinorum. Obiit anno 1272.

IOANNES VRSINVS Romanus Cardinalis, qui postea Nicolaus Papa 3. à morum grauitate Compositus dictus, scripsit, teste Cortesio,

De electione Dignitatum.

Regestique eius volumina duo in Vaticana Bibliotheca seruantur. Obiit anno 1280.

D ij

OTHOBONVS FLISCVS Genuensis Innocentij 4.  
ex fratre nepos Cardinalis, demumque Hadrianus Pa-  
pa 5. quem rerum potiri, & fato cessisse eadem fere fa-  
ma tulit, cum esset Apostolicæ sedis in Anglia Legatus,  
edidit

Constitutiones Ecclesiasticas, quas commentariis  
illustrauit Ioannes Acton Canonicus Lincol-  
niensis. Viterbij iacet in Ecclesia Minorum  
cum hoc Epitaphio.

Hadrianus quintus Pontifex maximus Flisca è familia nobis-  
simæ Genuensi, mensis unius, dierumque nouem magistra-  
tum Pontificium gerens xv kal. Octob. 1276. diem Viterbij  
functus, hac honorifice sepulturâ, donatur.

CREATI AB VRBANO IV.  
qui ante Pontificatum Jacobus Pantaleo  
dictus scripsit, cum esset Patriarcha  
Hierosolimitanus,

De terra sancta librum, quo usus est Adrichomius.  
in Theatro Terræ Sanctæ conscribendo.

Metaphrasin in Psalmum 50. quam habes in Bi-  
bliothe. veterum patrum.

HENRICVS DE SEGVSIA Gallus, fons & splendor  
iuris denominatus, ex Archiepiscopo Ebdunensi Epis-  
copus Cardinalis Ostiensis ab Urbano 4. simulatque  
Pontificatum iniit, renunciatus; Guilielmum Durandū.  
Speculatorum dictum auditorem habuit, & præter exi-  
miam in utroque iure scientiam Theologicā claruit:  
scripsit

Super quinque libros Decretalium.

Summam utriusque iuris admiratione dignam,